



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Qua cura vsus in eo condendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Societate Theologo, cui, propinquoq; Canisij, vt
constaturum censeret pretium operæ, si toti pro-
ferrentur, & vnum sub aspectum subiicerentur ij
loci; depromptosq; & explicatos Catechismo ad-
iecit: vnde in volumina quatuor (quanquam in
vnum deinde magnum corpus redacta) opus ex-
creuit, apprime ad euersionem errorum, & firma-
mentum veritatis potentia, vt experimēto com-
perisse se Neoburgicus Princeps VVolfgangus
VVilhelmus, &c. religione sapientiaque, non
modo dignitate, & opibus præstans, lectionem
eorum commendans in libro, quem edi cura-
uit profitetur. Verosimile non est quantum in
scriptione illa Canisius curæ, studijque posuerit.
Pro sua enim de se infima opinione diffidens sibi,
omni primum ope conatus est totum onus ex-
cutere: deinde, vbi id nec à Rege, nec ab Ignatio
datur, multas ad Deum preces, multa sacrificia,
cæleste auxilium, & lumen exposcens, cum fecit
per se, tum à beato Patre, ac sociis corrogauit. Po-
stea recognoscendum, corrigendumque opus
cum aliis tradidit, tum misit in Urbem, sic tan-
quam nihil mallet, quàm de suo nihil relinqui.
Sed nimirum exactum ingenium, ac permode-

*Qua cura
vssus in eo
condenda.*

stum, quo minus sibi, hoc ceteris cumulatus
 ciebat satis. Respondere enim Romani Patres
 dispositionem, elocutionem, iudicium, denique
 cuncta plene probantes: adfuisse ei in labore
 propitium Deum, ut idem placeret pariter,
 prodesset. Neque equidem ambigam, quin euen-
 postea tam felici, tantoque religionis orthodoxæ
 ac pietatis emolumento per Prouincias omnes
 Christianæ illa disseminata sit doctrinæ summa
 (hoc enim magis, quam Catechismi, auctori pla-
 cebat nomen) quod non solum mente rectius
 ma primo susceptus est labor, sed etiam inter-
 sum laborem summissione animi, continuaque
 ac multiplici prece conciliatum est adiutu-
 rium Numinis. Hoc anno primum edita est
 summa. Quid autem tum animi esset Canisius
 ipsemet Ioāni Polanco narrat his verbis. Mecum
 velut cum parturiente agitur. Non possum non
 esse anxius, quandiu partus non exierit in lucem,
 ut Dei conspectui possit foetus offerri, atque conse-
 crari. Vestris interim precepcionibus promouete
 successum, ut quo cœpimus, eodem aspirante, ab-
 soluamus debitum hoc Deo, vobisque tributum.
 Dominus Iesus in suam gloriam conuertat hanc
 men-

*Qua sollicitu-
dine ediderit.*